

non robore Gallos, non calliditate Pœnos, non artibus Græcos, non denique hoc ipso hujus gentis, ac terre domestico, nativæque sensu, Italos ipsos, ac Latinos, sed pietate, & religione, atque hac una sapientia, quod Deorum immortalium numine omnia regi, gubernatique perpexerunt, omnes gentes, ac nationes superarunt. *Cicero de Aruspicio responso.* Privatim quoque religio plurimum commodat: quia minus illius infidie struuntur, qui ob pietatis, & religionis studium Deum defensorum habent. *Aristoteles in libro de Politia.* Neque ulla sine Deo mens bona esse potest. *Seneca in Epistola ad Lucianum.* Quod in navi est gubernator, in curru auriga, in choro choragus, lex in civitate, dux in exercitu: id Deus in mundo est. *Aristoteles in libro de Politia.* Et facilius urbs conditi potest sine solo, quam civitas conditi aut constare opinionem, penitus de diis sublata. *Plutarchus adversus Colotem.* Itaque legimus translata esse, & mutata, & vastata regna, & imperia propter unicum contemptum religionis. *Deuterius 28.* Et hic idem contemptum contemptum magistratus patitur, *Plato 4. de Republica.* Et ingentis pœnæ loco Propheta imitatur, fore ut multi in Israel dies absque Deo vero, absque sacerdote, absque doctore, absque lege abeant. *Paralipomenon 2. cap. 15.* *Alcibiades quoque in oratione de falsa legatione* audiendos eos esse monet, qui patriis de ritibus docere alios cupiunt. Et Jureconsulti, ac leges de sacrosanctis Ecclesiis, & earumdem privilegiis, de Episcopis, & clericis præclara multa habent. *Cod. 1. 1. 2. 3.* Hinc quoque Galli commendantur à Cæsare, quod juventutem prius de his docerent, quæ ad religionem facerent, deinde, quæ profecerent ad Rempublicam. *Capitulum 6. comment. de bello Gallico.* Laudantur Romani, qui singulis annis aliquot principum filios Hæturcis tradiderunt in disciplinam, ut sacra discerent ante omnia, negotiorum in urbe post directores futuri. Et primas semper in deliberationibus religioni tribuerunt. *Valerius Maximus 1. 1.*

Post Interpretes religionis, ad antistes legum jure consulto ut veniant, necesse est. Videtur hoc improbare *Plato*, cum *lib. de Republica 3.* turpe esse docet, & magnum argumentum imperitiæ, in eas angustias adduci, ut cogantur uti jure quodam advehticio, & mutato ab alia propria juris penuria. Inducium idem esse affirmat malæ constitutionis Reipublice, si multi Jureconsulti in ea inveniantur. *Ibidem.* Qui totum tempus vitæ in foro, & controversiis consumant. *Ibidem.* Et multi non sine jure quidem, sed tamen sine Jureconsultis vivere volunt quod de Ungaris refert *Vives, lib. 7. de causis corruptarum artium.* Et *Caspianus*, *Fridencum III.* Jureconsultos medioeriter dilexisse refert: quod dicitur, Juris æquitatem ab illis inveni, sedari justitiam. Quod tamen non de Jureconsultis veris, sed fori tintinabulis, & tabulis intelligendum, qui aliquot juris formulæ memoriâ mandatis dominant in foro conantur, clientulos suos erucant, & exhausti, dum lites ferunt, & alunt, non tollunt. Jureconsulti veri juris sacerdotes merito appellantur. Justitiam namque colunt: boni, & æqui proficiuntur notitiam: æquum ab iniquo separant: licitum ab illicito discernunt: bonos non solum metu pœnarum, verum etiam prætorum exhortatione efficere cupiunt, philosophiam veram non simulatam sectantur. *Dionysius, tit. 1.* Similes sunt Scholarum magistris, qui discipulis litteras quasdam præscribunt, quas ipsi expriment. *Plato in Protogora.* Unde horum domus Cicero civitatis oracula vocat. Ad Jureconsultos enim olim sic veteres adibant, ut non solum de omni jure civili, verum etiã de omni officio, & negotio referretur. *3. de Oratore.* Et sine Jureconsultis recte Aristoteles affirmat, civitatem recte, feliciterque habitari non posse: propterea quod de commodis, & justis judiciis reddendum Jureconsultis. *Politia. c. 3.* Ac sanè ticet morbi corporum medicorum inventis curantur: ita immortales animorum legumlatorum exterminatur prudentia. *Demosthenes Oratio 2. contra Aristogonem.* Leges sunt Rerumpublice vincula. *Plato 1. de Legibus.* Fundamenta libertatis. *Cicero pro Cluentio.* Vitæ humanæ solatia. *Cassiodorus 1. 3. variarum.* Veluti muti magistratuum contra vulgi importunitatem. *Leo imperator in proœmio Constitut. novell.* Non excludendi, & exterminandi è civitate Jureconsulti erunt, qui legum custodes, & interpretes. Atque hanc ob causam Plato annum ægens 86. jure civilis peritiam sibi acquisivit. *Valerius Maximus 1. 8. c. 7.* Alexander Severus Imp. sine Jureconsultis magnum aliquid non deerit. *Pontanus de magnanimitate.* Justinianus Tribonianum, Theophilum, Dorotheum amavit, & coluit. *Caspianus.*

Ad Medicos, quod attinet, inveniuntur quidam, qui his

non usque adeo honorem magnum tribuerunt, aut locum concesserunt in urbe. De Græcis quæritur Cato, quod omnia corrumpant Romæ, maxime cum Græcos medicos committunt. *Plinius 29. c. 1.* Et ibidem Esculapii templum fuit extra urbem extructum, ut inde colligeretur, necesse est, non voluntate aliquid Medicinæ Romanos tribuere. *Plinius eodem in loco.* Ac notum illud Adriani Imperatoris, qui moriturus dixit. Multorum medicorum turba me perdidit. *Dionysius in Adriano.* Ac sentit ita Plato, proflagata, & turpis educationis, profuitur disciplinæ in Republica. argumentum esse, si curjvis ordinis homines medicorum opera indigent. Absurdum idem esse contendit, homines medicorum auxilio opus habere non vulnerum sanandorum, ac popularium tantum morborum causa, qui aeris intemperie pro animi constitutione nascuntur, sed illorum morborum gratia, qui propter desidiam, & dissolutum victum oriuntur. *3. de Republica.* Sed ut non male hoc à Platone adfertur: ita non Medicorum interitum autoritatem elevat. A Deo enim est omnis medela: altissimus de terra medicina, medicum creavit. *Ecclesiastes 38.* Scriptura eadem medicum honorare jubet propter necessitatem. *Ibidem.* Medicorum enim variis corpus nostrum obnoxium, non impatible est, ut adamas: duplices corruptionis habet causas: alteras internas, alteras extrinsecas incidit: ubi medendi scientia requiritur, sunt medici necessarii. *Galenus, lib. 1. de sanitate tuenda, cap. 4. 5. 7.* Immo ægrotare incipimus, mox ubi nascimur. *Augustinus super Psal. 111.* Quod magis est, tota hominis vita nihil, nisi morbus perpetuus est. *Idem serm. 73.* Et hi morbi non per se curantur, aut valetudo solum sustentatur corporis nostri, & observatio eorum, quæ aut proficere, aut obesse solent, & continentia in victu, atque cultu corporis, & præteritis volucribus, verum etiam arte eorum, quorum ad scientiam hæc pertinet. Hanc ob causam, qui rem familiariter administrant, & præsentem Reipublice magistratus: curare suorum valetudinem jubentur. *Aristoteles Politia. c. 10.* Ito fed ita ut non quovis Medicos in urbe admittant: sed tantum ante exploratos, & probatos, *Plato 5. de Republica.* Et laudatur Julius Cæsar, qui quos, qui veram Romæ medicam profitebantur, civitate donavit. *Suetonius in Cæsare.* Et Græci commendantur, qui Hippocrati eodem quos Herculi honores decreverunt, quod pestem venientem prædixisset, & discipulos ad auxiliandum circa urbes misisset. *Plinius lib. 7. cap. 37.* Adfert quoque *Philippus Comminus Ludovicum XI.* Gallorum regem, medico suo Caeterio singulis mensibus decem millia aureorum dedisse, ut vitam prorogaret. Et denique commendatur omnibus esse illud socratis debet, qui discipulos suos monuit, ut valetudinis ante omnia curam haberent: ac partim à peritis, quæ possent, discerent: partim per omnem vitam se ipsi observarent: quinam cibis, qui potus, qui labor ipsos conducere: & quo pacto his uti quam optima valetudine uterentur. *Xenophon memorabilia. lib. 4.*

Quemadmodum verò facultatum superiorum est magnus in Republica ac civili societate usus, ita non negligendi illi sunt, qui in Philosophia excellunt. Sunt plures quidem Domiciani tempore partim interfecti, partim pulsi urbe, totaque Italia, quod operam Philosophiæ darent. *Xiphilinus in Domiciano.* Aristotelici sunt libri combusti Alexandriæ. *Idem in Antonio Caracalla.* Et Socrates eos, qui in Philosophia studiis longo sunt tempore versati affirmat ridiculos esse, ubi ad forum venerint: eo quod otio diuturno, ac summa in tranquillitate viverent. *Plato in Theæte.* Personarum à muneribus Valens Imperator immunes, atque liberos vult esse Philosophos. Reddatur, inquit, unquamque patriæ suæ, qui philosophiæ habitum indedit, & insolenter usurpare cognoscitur: addita hac ratione: quia turpe est, ut patriæ functiones ferre non possit, qui etiam fortunæ vim se posse profuturum. *Cod. lib. 10. tit. 52. de Professoribus, ac Medicis.* Reipia deprehenditur, eos, qui ad Philosophiam animi appulerunt, & diutius in hoc studio versati sunt, moribus peregrinis, & importunis præditos esse, aut reddi inutiles ad Rempublicam. *Rato 6. de Republica.* Sed non inde debet, & insolenter Philosophiæ habitum usurpari, sunt barba, & pallio sapientes: Ideo, & veri Philosophi excludendi nec illorum studium contemnendum, qui sapientia dant operam: etiam multitudine imperita de his minus dextrè sentiat, aut judicium perversum adhibeat: huic occasionem illi præbeat, qui falso Philosophiam sibi vindicant. Nam & ille ipse Plato non prius affirmat finem malorum futurum in Republica, quam Philosophiam illis summam rerum obtineant. *6. de Republica.* Vel reges sunt, & optimates, germana

OFFICIA CIVIUM.

maus quædam ratione philosophentur. *5. de Republica.* Et sunt A Philosophi Pentathli. Quinquæ artes, quia omnium artium generales rationes intelligunt. *Plato in Dialogo, qui Amatoris, seu Philosophia inscribitur.* Estque magnum revera illud, quod qui vere philosophantur, sua sponte agunt, quæ ceteri legum metu faciunt. *Plato de amore virtutum.* Neque quæquam Philosophia est aliud, quam vitæ lex. *Seneca epist. 95.* & gubernaculum per mancipia fluctuantium dirigens cursum, monens, ut casum quique adversum commode ferat. *Idem epist. 16.* Extrahere vitæ radicibus, ad status accipiendo animos præparans. *Cicero 2. Tusculana.* Atque hanc ob causam Aristoteles pacis tempore esse Philosophiæ operam dandam scribit: quia omnis societas civilis ad bellum, & pacem est accommodanda. Ad bellum duo requiruntur: Fortitudo, & constantia: ad pacem Philosophia, ad utramque temperantia, & justitia. *Politia. cap. 15.* Et pulchre ratio redditur, quare artes liberales, & studia Philosophica negligantur à Plinio: Cum postquam, inquit, senator censu lectus, iudex fieri cœperit, nihil magis exorat magistratum, ac ducentem cœperit: omnes artes, quæ à maximo bono liberales sunt dicitur, in contrarium ceciderunt. *lib. 14. in Proœmio.*

Quemadmodum verò sunt politia, & urbe digni veri Philosophi, non insolentes, & indocti Sophistæ: ita Oratorum quoque diligens ratio habenda, est apud quosdam etiam ipsi minus commode audiant. Videntur enim uti ca lege, ut omnia mendacio, ac simulatione tegant: populorum motus, legum abrogationes, mutationes religionum, rerum publicarum conversiones, & interitus: mala alia his accepta ferantur. Deinde oratio etiam quo magis ad splendorem, & ornamentum accedit, eo à veritate recedit longius. *Plato in Antiocho.* Tum & Lacedæmonii parum oratoribus tribuerunt. Accedit huc & illud, quod judicium Oratores corrumpere videntur: & plus his nocent, quam qui largitionibus utuntur: quod pecunia corrumpere prudentem nemo potest, dicendo potest. *Ammianus Marcellinus lib. 20.* Verum hæc omnia non impediunt, quo minus Oratoribus in Republica locus concedatur. Et enim omnium rerum, & quidem præstantissimum ea conditio, ut his perperam homines utantur. *Aristoteles Rhetoricæ. cap. 1. Quintilianus lib. 2. cap. 17. Cicero 1. de Inventione.* Nec fuit Oratores habendi, quorum orationes verborum tantum splendorem habent, & ornatum: sententias prudentibus carere. Lacedæmonii vero etiam alia studia, & liberales artes contempterunt, utpote toti armis dediti. Et sunt amandi, ac colendi oratores: quia nulla principum opes, ac legiones plus valent, quam admirabilis dicendi vis, & facultas ejus, qui populorum animos languentes erigere, & ad bellum inflammare, & ad vim paratas exarmare, & ardentes ad virtutem cohortari, & à vitis acriter revocare, & ad mores hominum accommodare orationem, à benevolentia ad odium, ab odio ad benevolentiam deducere potest. *Bodinus de Republica. lib. 4. cap. ult.* Est sceleratis exitio, innocencibus præsidio, improbis terrori, ornamento probis. *Idem ibidem.* Et est necessarius usus Oratorum in veritate, ac justitia defendenda. *Aristoteles Rhetoricæ. cap. 1. in constituenda arca salutis. Idem in præf. Rhet. ad Alexandrum.* in vertenda senatus gravitate, in ferendo auxilio supplicibus, in excitandis afflictis. *Cicero 1. de Oratore.* Neque alia ratione regi multitudo, inque potestate haberi potest, nisi orationis præsidium adhibeat. *Plutarchus in præceptis Reipublice. gerenda.* Quemadmodum enim serpentes verborum quibusdam illecebris capiuntur: ita hominum ferocissimum barbaritas, atque feritas Eloquentiæ dulcedine, ac suavitate mitescit. *Bodinus lib. 4. cap. ult.* Et si seditiones tum in caltris, tum in civitatibus sunt crebre, & summè perniciosa: compelesci nulla alia ratione illæ possunt, quam si Oratores adsint, qui sapienter dicendo eas compescunt, ac sedant. Idem faciunt, quod Medici: qui morbos, & vulnera periculosa à putredine conservant. *Aristoteles Politia. c. 5. 6.* Ut nihil dicamus de legationibus. Est legatorum nomen apud omnes nationes sanctum. *Cæsar 1. 3. de bello Gallico. Tacitus 1. 3.* Sunt legati oculi, ac aures regnorum. *Guicciardinius 1. 5. biflor.* At suam hi autoritatem non tuerentur, nisi eloquentes, & oratores boni extiterint: oportet enim talis lingua esse instructus ab omni parte: ut quovis disputationum genere possint palmam obtinere: nec aliena lingua uti cogantur. *Gregorius 1. 6. biflor.* Et refert in *Pyrrho Plutarchus*, quod Pyrrhus ipse factus fuerit, plures à Cynea Oratore, ac legato suo oratione urbes, quam à se armis expugnatas esse.

Cum Civis sit membrum ejus societatis, quam civitatem dicimus, atque ob id in unum coeant, inquit *Isidorus lib. 9. cap. 4.* ut vita communis, & orator sit, & tutor: Illius officium est considerare civitatem, tanquam animal unum ex civibus, tanquam partibus, ac partem toti, non totum parti servire debere: quando enim partis tantum commodum quaeritur, utriusque, scilicet tam partis, quam totius commodum profus omittitur: quando verò totius quaeritur bonum, utriusque servatur. Igitur meminisse debet civis, nihil sive boni, sive mali, alicui civitatis membro posse contingere, quin propter connexionem quandam ad cætera membra pertineat: neque totum nihil rursus toti civitatis corpori evenire posse, quin mox ad singula animalis hujus membra pertineat. Nemo igitur in hac urbana familia dicat, Meum hoc, & illud tuum: omnia enim in hoc ingenti animali quodammodo commoda sunt, sed dicat, Meum hoc, & illud, non possessione quidem propria, sed affectu potius, atque cura. Patriam quisque tanquam parentum parentem amet, & colat. Privatus antiquis, probatissime legibus obediatur, tanquam Deo. Non enim absque Deo hujusmodi leges constituuntur. Magistratibus esse subiectum, intelligat se, cum judicat, judicari. Platonis præceptum semper ante oculos habeat, ut non seipsum, sed civitatem: non partem civitatis aliquam, sed universum respiciat. Sciat denique opimum in cælesti patria huic servari locum, qui terrenam patriam ad cælestis exemplar pro viribus disposuerit. *Martianus Ficinus lib. 1. Epistola ad Petrum.*

Boni civis prima laus est parere rectoribus, contra nihil & cive tæteris, nihil perniciosius, qui superbiam, protervitatemque suam illis opponat: hinc seditionum semina, labefque rerum publicarum, ex magistratuum enim contemptu legum oritur despiciatio, quæ res civilem omnem tranquillitatem perturbat, labefactaque publicam utilitatem. *Jovianus Pontanus lib. 5.*

Civilitas.

DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

Civilitas Græcis πολιτις, est virtus quædam in civitate, & modestia censitens, quæ maxime spectatur in conversatione, & commercio cum æqualibus, aut inferioribus, ac potissimum convenit inferioris ordinis hominibus, non ita Principibus summis, quibus magis competit majesticitas, quæ tamen si temperetur civilitate, laudem meretur. Unde ab ea extollit Augustinus Suetonius, Antoninum Pium Julius Capitolinus: Alphonsum Aragonum Panormitanus: alios Principes alii. Convenit autem civilitas omni ætati, & sexui, & per eam habitatores urbium dummodo probe educerentur, ab agrestitibus, & foraneis secerimus. Quæ autem in moribus servanda exprimit *Ovidius.*

CIVILITAS MORUM.

Manditiæ placeant, suscentur corpora campo,  
Sic bene conveniens, & sine labe toga.  
Linguaque nec rigat, careant rubigine dentes,  
Nec vagus in laxa pes tibi pelle natus.  
Quid si præcipium, non susceperit inertia dentes,  
Oraque suscepta mane laudentur aquæ?  
Nec malè desormet rigidos tonsura capillos,  
Sic coma, sit docta barba resecta manu.  
Et nihil emineant, & sint sine sordibus ungues,  
Inque cava nullus set tibi nare pilus.  
Nec malè odorati sit tristis ambuletis oris,  
Nec ledat nares virque paterque gregis.  
Sunt modici risus, parvæque utrinque lacunæ,  
Et summos dentes ima labella tegant.  
Nec sua perpetuò contendant illa risu,  
Sed leve nescio quid, semineumque sonet.  
Est & in incessu pars non temenda decoris,  
Allicit ignotos illa, fugatque viros.  
Carpe cibos digitis, est certus gestus edendi,  
Ora nec immunda tota perunge manu.  
Neve domi præsume dapas, sed desine cives,  
Quam cupias, paulò quam potes esse mitius.

**A** Ne coram mistis ceris sumpisse medullas,  
Nec coram dentis, perfricasse probem,  
Ista dabunt faciem, sed erant deformia visu,  
Multaque dum sunt turpia facta placeant,  
Certa tibi a nobis dabitur mensura bibendi,  
Officiam praesent mensurae, pedesque suam,  
Furgia praecipue vino simulata caveto,  
Et nimium faciles ad fera bella manus.  
Occidit Euricion flautis data vina bibendo,  
Apor ex dulci mensa, merumque joco,  
Parva monere pudet, talorum discere iustus,  
Ut sciat is vires testera missa tuas,  
Tunc sumas incauti; studioque operimur ipso,  
Nudaque per lusus pectora nostra patent,  
Ira subit deforme malum, lucrique cupido,  
Furgaque, is rixa, sollicitaque dolor,  
Carmina dicuntur, resonat clamoribus aether:  
Invocat iratos is sibi quisque deos,  
Pertinet ad faciem rapidos conspescere mores,  
Candida pax homines, trux decet ira feras.  
**B** Ora tument ira, nigrescunt sanguine vena,  
Lumina Gorgonio se vix angue micant,  
Odium immodicus (experto credite) fastus  
Saepe tacens odii semina vultus habet.  
Spectantem spectat, ridenti mollia ride:  
Innuo, et acceptas tu quoque rede notas,  
Rara tamen menda facies caret, oculo mendas,  
Quodque potes vitium corpora abde tui.  
Ovid. lib. 1. de art. amandi.

APOPHTHEGMATA.

**PERICLES** Atriphroni volenti publico praeconio quarti Alcibiadem, qui adolefcens clam domo egressus ad amicum Democraatem se conculerat, obstitit, dicens: Si forte nobis inficis perit; praeconio nil aliud ageret, quam ut uno tantum die citius manifestum fiat, illum interisse: Sin salvus, ne per omnem quidem vitam salvus esse poterit. Civilliter elusit Pericles adolefcens infamiam, quam nunquam potuisset elucere. *Plut. in Graec. Apoph.*

**ESCHINES** cum Rhodi recitasset orationem suam contra Demosthenem, Rhodi demirati sunt, quod tali oratione defendi non potuisset. At desineretis admirari, inquit Aeschines, si audissetis, quae ad haec respondit Demosthenes. Mira civilitate se exemit a crimine, & iudices excusavit, damnationis iniusta causam recitans in orationem Demosthenicam. *Erasm. Roterd. l. 8. Apoph.*

**ARISTOTELES**, cum jam natus annos 62. adeo laboraret, ut nulla planè spes vitae superesset, convenerunt ad eum discipuli, rogantes ut ex ipsis successorem eligeret. Erant autem duo inter auditores praecipui, Theophrastus Lesbius, & Menedemus Rhodius. Iussit igitur Aristoteles vinum exoticum sibi Rhodium scilicet, & Lesbium adferri, ut extremum biberet Vale, & gustato vino primum Rhodius dixit, Firmum hercule vinum, & jucundum. Mox gustato Lesbio, Utrumque, inquit, egregie bonum, sed Lesbium suavius est. Id ubi dixit, nulli dubium fuit, quin civilliter Theophrastum Lesbium successorem sibi fecerit. *Laert. l. 5. c. 1.*

**ALEXANDER** in hyeme cum duccret exercitum, assidens igni, recognoscere praetercentes copias cepit. Cumque videret militem quandam horrentem frigore, & ad ignem stantem, considere suo loco iussit, dicens: Si in Perside natus es, in regia sella federe tibi capitale foret, in Macedonia nato conceditur. *Quint. Curt.*

**ARCHELAUS** Euripides cum in convivio Agathonem deoscularetur, Archelaus amicus dixit, Ne miremini: nam pulcherrum etiam autumnum pulcher est. Civilliter excusavit amicum apud amicos. *l. 5. apoph.*

**EUDAMIDAS**, die quadam cum Xenocrates argumentum, quod tractabat, differendo absolvisset, jamque finem dicendi fecisset, supervenit Eudamidas, cui cum comicum quispiam dixisset. Postquam nos adsumus: tum ille desit dicere rectè, inquit, siquidem ea dixit, quae voluit, rursus altero dicente, Bonum erat audire, putans fore ut sua causa juberet Xenocratem eadem de integro differere: Quid, inquit Eudamidas, si venissemus ad te jam cenatum, numpostularemus, ut cenares iterum? civilitas erat, quod philosophum ad iteranda disputatione percellere noluit, quod ea res non caruisset radio dicentis. Laconice virtutis erat, quod magis admirabatur praeclara facinora designantes, quam de virtute differentes. *Plut. in Lacon.*

**ALEXANDER** Macedo cum è Macedonia numero ad mare mitit valetudinarios, multos & debiles, productus est quidam, qui se agrotare finxerat. Is cum ad Regem duceretur, ut ostenderet, cuius rei gratia morbum simulasset: factus est, hoc factum esse ob amorem Telestippae, quae ad mare fuerat profecta. Verum cum fecerat cum virginem esse liberam, ait: persuademus Thelestippae, ut ad nos veniat sua sponte; nam manus libera virginem admovere nequaquam decet. Et sic civilliter indulgit amori strenui militis, quem in exercitu retinere cupiebat: & ingenium tamen virginem non viadegit, ut adesset sponso futuro. *Plut. in apoph.*

**CATO**, multis Publii Scipionis ingratitude inculantibus, quod Catoni de se optime merito opposuisset competitorum: Cato sic excusavit: dicens minime mirandum, si quod qui maximum bonum duceret, id alteri nollet concedere, *Plut. in Cato.*

Augusti. Cui cum nulli ferè ad convivium invitanti suum denegaret officium, exceptus à quodam cena perparca, ac penè quotidiana, cum à convivatore dimitteretur, hoc illi tantum insuluravit: Non putabam me tibi tam familiarum esse. Alius tam jejunum apparatus contumeliam fuisse interpretatus, ille civilliter etiam pudorem consuluit: invitatoris familiaritati tribuens, idque in aurem ne ceteri putarent exprobratam parafimoniam. *Plut. in apoph.*

*Vide Educatio, Disciplina, Modestia.*  
Extat elegans libellus Erasmi de morum civilitate: Item alius per *Fridericum Dedekindum*, sub *Tit. Grobianus*, & *Grobiana*, de morum simplicitate.

Clades.

**A** *advisio*, id est, frango dicta.  
*Quere Titulos earum causarum, quae cladium origo sunt, ob quas aliquando inferantur. Pura Cradelitatis, Ambitionis, Pessilentiae, Libidinis, &c. Terremotus, Fulminis, Tempestatis, &c.*  
*Cladis revelatio, omen, augurium, &c. Vide Tit. de Divinatione.*  
*Videatur etiam Tit. de Patientia, sive Tolerantia. Item Tit. de Adversitate.*

Clamor. Acclamatio.

*Exclamatio. Vociferatio.*  
*Vide nonnulla sub Tit. de Exercit. corporis, & de Voce.*

CLAMOR INDICUM EST

Præsentia.

**L**acones morem habebant non pulsandi fores, sed foris clamandi. *Plutar. in Lac.*  
*Suffragii.*  
Apud Spartanos electio magistratum sic fiebat. Delecti viri in propinqua domo inclusi clamorem concionis, per quam candidatorum singuli transire cacti cogebantur, observabant: ignorantes cui fieret, tantum primum, vel secundum, vel tertium esse scientes. Cui plurimum, & maximum clamorem factum animadvertent, hunc renuntiabant. *Plut. in Lycurgo.*

Gaudii.

**Theramenes** Atheniensium tyrannus, collapsa domo, in qua cenabat cum pluribus servatus unus, cum ab omnibus beatus esset appellatus, elata voce clamavit: In quod tandem, inquit, tempus Fortuna me servas? Hunc non multo post collega in tyrannide excruciatum necavere. *Plut. in Oratione consolat.*

**PHILIPPUS** Macedo, cum eodem tempore accepisset hæc tria nuncia, quod equestri cursu quadrigarum Olympia vicisset: quod ejus dux Parmenio Dardanos expugnasset: quod demum uxor Olympias ei filium Alexandrum peperisset: illi eodem tenis manibus in sublime: At tu, o Fortuna, pro tantis bonis levi aliquo me malo affice, exclamavit.

**ROMANI** in nuptiis acclamabant Talassum, sicuti Græci Hymenæum. *Plut. in g. Rom.*  
**P. SCIPIO** Africanus ad Numantiam primum nunciato Tiberii exitu exclamavit Homericum illud *Odysse.*  
*Sic pereat, quisquis designet talia facta.*  
*Plut. in Tiberio.*

Lußus, Mororis.

Cretus Lydorum rex jam pyræ impositus, ut cremaretur, Solonis

**Solonis** recordatus, Ante obitum neminem beatum dici debere, contententis, alta voce nomen illius inclamare cepit. **Cyrus** admiratus insolentiam exclamationis, cum causam hujus ab eo didicisset, liberum esse iussit. *Herod. l. 1.*

**Nonis Julii**, quibus è vita concessit Romulus, quas Caprocinas, & Vulgi fugam appellat, Romani urbe excedentes, ad Capræ paludem sacra facere confueverant: dumque ad rem diuinam vadunt, veterum pronomina, ut Cajum, Lucium, Martium, & aliaque prisca nomina inclamabant: sicut in Osephothiis Athenienses, ob Aegæi mortem, dolentium voces imitabantur. *Alex. l. 5. c. 4.*

Metus.

**Isis** dum Osiridis à Typhone casti cadaver persequitur, regis Aegyptiorum Malcrandi, & reginæ Afates puerum nutriendum suscepit, mammae vice digitum pueri ori inferens, & noctu quod in eo mortale erat amburens. Regina infanrem confugere animadvertens, vociferari cepit. Sic illum immortalitate privavit. *Plut. de Iside.*

Admiratio.

**M. Antonius** è Parthis exercitum reducens, fame confecto exercitu, cum multi milites degustata herba lethifera morentur, nec Parthi abscederent, identidem exclamasse fertur: O decem millia! admiratus Xenophontis copias: quod illi, cum longiore via ex Babylone recepissent se, atque cum hostibus dimicassent longe pluribus, evasisent incolumes. *Plut. in Antonio.*

Indignationis.

**ARCHIDAMUS**, Aegælii filius, telo conspecto catapultico, quod tunc allatum ex Sicilia primum erat, exclamavit: Pater perit viri virtus. *Plut. in Apoph.*

**DEMOSTHENES** in exilium abiens, ad arcem manustendens, Equibus verò, exclamavit, bellus è Minerva arripotens delectaris, Noctua, & Populo? *Plut.*

**LYCURGUS** rhetor, cum ob immodicam linguæ libertatem & concione eiecitur, exclamavit: *ὅς ἄριστος παῖς ἐστὶν, οὗς ἄριστος μάκρων ἀείη, id est, οὗς ἄριστος Corcyrae scutica, quam multa valet talenta? Notans populum inutilem, magno tamen alendum. Plut. in vita Rhet.*

Contemptus, Despicentia.

**Gilimer** Vandalorum rex à Belisario in triumpho ductus C Constantinopoli, purpurea veste indutus, unà cum omnibus propinquis suis, & Vandalis, qui proceritate corporum, & oris pulchritudine præcellabant, præcipue spectaculum præbuit. Is postquam in circo constitit, & Justinianum in cælo throno sedentem, & populum circumstantem aspexit, fortuna sua ad rationem revocata, illud Solomoni effudit: Vanitas vanitatum, & omnia vanitas: atque ipse pariter unà cum Belisario iustus ab his, qui purpuram Imperatoriam sustinebant, Imper. suppliciter adoravit. *Sign. l. 7. Imp. occid. Clamore mortui. Quere Tit. de Morie. S. Mortis genera.*

\* CLAMOR BELLICUS.

**Non modò** Tympanis, aliiisque clangoribus in bello, ad animandos milites usos jam olim militæ præfides, & Rectores, sed & clamoribus, & ingenti vociferatione, notum est ex historiis: & experientia docet, etiam modo hæc & illos in praelio adhiberi: & id plerumque uniformi sono, & verbis etiam ante conceptis: tum ut cæ ratione in fervore certaminis quisque discerneret, an cum hoste, an verò cum commilitone congregaretur: tum ut eo clamore hostem terrent, ac demeritipios in praelium animarent.

USITATUS APUD VARIAS NATIONES.

Urtotes.

HEBRÆOS OLIM.

**JOSUS** expugnaturus urbem Hai, postquam iussisset circumduci arcem federis, tubaque, quibus in Jubilæo utebantur, clangere, die septimo diluculo confurgens, dixit ad omnem Israæl: vociferamini: tradidit enim vobis Dominus civitatem, & sequitur: Igitur omni populo vociferante, murillico corruerunt, *Josue c. 6.*

MACEDONES.

**Alexandro** in Scythiam exercitu missio, Tanaique flumine trajecto, ingentem clamorem milites suos attollere, ita confueverant, iussit, quem Barbari non ferentes, effusus habenis in fugam acti sunt. *Q. Curtius l. 7. hist. Item l. 3.*

Romanos.

Etiam Romanis clamorem militarem ante constitum, & L. B. Theat. vit. Human. Tom. 11.

in ipso etiam conflictu usitatum fuisse, ex *Titii Livii*, & aliorum historiis comperum est, ita ut opus non sit hujus rei exemplum adferre: quorum delectum faciliè habebit studiosus Lector apud præfatos Authores, *Cato senior* docens juvenes intrepide pugnare, ait: Verba plus quam gladium, & voces plusquam manum hostes in fugam vertere.

GRÆCOS.

**Virgilius** describens expugnationem urbis Trojanæ, & lamentabilis istius regni everfionem dicit inter alia:  
*Exoritur clamorque virum, clangorque tubarum.*

TURCAS.

**Turcæ** ad animandos milites, hostesque terrendos, non modò clangores, quos hoc sine excogitarunt, & *Neuber* vocant, verum etiam horribiles adhibent ululatus. Utpote *Alla eg-bit, tegbir: Alla, alla, allabu Brebreeri.* Item *Caur gaur, vaur vaur.* Item *Dabra dabrabu.* præsertim in primo congressu, & velitationibus, ita ut hosti infuso terrorem incutiant. Quamvis prudentiores nonnulli velint ejusmodi clamorem signum esse timiditatis: timor enim vocem non solum acuit, sed & extorquet. *Refert Camer. p. 1. bor. subc. c. 77.*

INDOS.

**Scribit Lervius** (qui in Brasilia spectator fuit conflictus atrocissimi inter Gallos eorumque federatos, & regionis incolæ initi) Indos occidentales ubi primum hostes conspexere, in tantos, tamque horrendos prorumpere ululatus, ut luporum ululatum superent, adeoque in aerem ferire, ut tonitru vix exaudiri posset, inquit. Ubi verò propius accesserint, clamorem ingemant, cornibus increpant, & fistulis concinunt, olisque mortuorum hostium ostentant. *Idem supra.*

HYBERNOS.

**Sylvestres Hybernos** hæc infania invasit, ut sibi persuadent, illum, qui in militari barritu sine clamore, quo in congressu magna vocis contentione utuntur, reliquorum clamori non responderit, subito arripit terra, & quasi volantem in desertas terras deserit, ibidem gramine velci, & tandem à venatoribus capi, domumque reduci. *Cadmus describit. Hybern. Idem* memorat eos in congressu cum hoste, inclamare Pharro, tanto boato, ut vix ullus fragor ei sit contentendus.

PERSAS.

**De Persis** commemorat *Q. Cur. l. 3. hist.* hoc modo. Jamque in conspectu, sed extra telijactum utraque acies, (nempe Macedonum, & Persarum) erat, cum priores Persæ inconditum & truem sustulere clamorem. Redditur & à Macedonibus major jugis montium, vastisque saltibus repercutus.

GERMANOS.

**Tacitus de moribus Germanorum** ita scribit: Iurati in prælia canunt. Sunt illis hæc quoque carmina, quorum relatu, quem Bardium vocant, accendunt animos, fortunam pugnae iuvare ipso cantu augurantes. Terrent, enim trepidantque, prout sonuit acies. Affeclatur præcipue asperitas soni, & fractum murmur objectis ad oscutis, quo plentior, & gravior vox repercutu intumescat.

HISPANOS.

**Hispanis** quoque usitatum clamorem ingentem attollere: non tamen ita inconditum, ac pleraque nationes. Certe in recuperatione oppidi Lirani in Brabantia, quæ accidit anno m dccc. cum joo. præfidarii, qui ex arce Antuerpiensi in subsidium missi fuerant, primi urbem intrarent, & in hostem, qui præcedente nocte eam occupaverat, irruerent, sublatò clamore unanimes, porta, quæ adhuc in potestate gubernatoris erat, irrupunt, ac S. Jacobum idioma Hispanico inclamant, auxiliisque freti vicinarum urbium, Antuerpiensis potissimum; auxiliis potiuntur, hoste qui in ea erat partim cæso partim fugato, eoque primum clamore confertato.

BELGAS.

**Narrat Lemnius l. 3. c. 2. de occult. nat. miracul.** in conflictu quodam inter Flandros, & Batavos, siye verius, inter milites Catholicæ majestatis, & perduellium Geusturum, ululatum, clamorem, & vociferationem pugnantium plus quam trium miliarium spatio fuisse exaudium.

*Clamore avari ad terram delapsi in castris.*  
*Scribit Plut. in vita Pompeii, plebem indignatione commotam adeo acclamasse, ut supervolans corvus attonitus in turban decidit. Cui simile habemus apud T. Livium, volucres cælo delapsas clamore militum: cum tanta multitudo naves confunderet, ut nemo mortalium aut in Italia, aut in Sicilia relinqui videretur. l. 9. de cad. 3.*

Cum Tyrus, inquit *Paulus Æmilius*, ab exercitu Christiano-

Astianorum obsideretur, ferunt columbam advolasse: quam cum nostri usu edochi tabellarum esse cognoscere...

Claritas Nominis.

Vide HONOR.

Classis.

DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

Classis eorum Graece, multitudo navium dicta juxta Servium in 1. Enchiridion...

CLASSES COMBUSTÆ, LACERATÆ.

Conditiones pacis datae sunt bello Punico secundo Carthaginensibus ex victoris arbitrio, & prater alia omnia...

Cum inter Henricum VIII. Angliæ, & Ludovicum XII. Galliarum Reges bellum vigeret, duæ Anglicæ naves...

ANTONIUS quidam Siculus adolescens a Petro Moccenico Venetam classem ad Neapolim Peloponnesi in stivis habente...

Ventis claro, ac sereno caelo an. 1507. die, urbanis in navibus, dum pulverem ad tormenta exercenda confectum...

Submersa a tempestate vel fluitibus.

Naufragia corporum, & opum afferunt perniciem. Horum causa, ad Tit. Suffocatorum aqua...

Ex Thaso Darii classis ad Acanthum profecta, violente Aquilonis flatu disiecta est, circaque Athon montem...

Xerxis classis in Calcide a Borea ( Strabo Eurum mavult ) quem Hellepontiam nominant, disiecta, & partim ad loca...

Cum Persæ classem suam ad Aphetas, Græci ad Artemisium haberent, dimiserunt ccc. naves, quæ Eubœam circumnavigarent, & Græcos circumvenirent...

Pyrrhus rex Epirotarum, à Tarentinis evocatus multis navibus, quas hippogagos vocant, tectis insuper, & diversis pontonibus...

Bello Punico primo Romana classis ex trecentis navibus constans, cum centum quadraginta Carthaginensium naves cepisset, in conspectu Camerinae urbis, Siciliae oram legens...

Bamba rex Vestgothorum, naves Saracenorum ducentas septuaginta, ad litus Hispaniarum applicantes, partim cepit, partim perdidit.

BUGISLAUS Pomeraniae dux in gratiam Friderici I. Imp. quingentarum navium classe Daniarum petebat. Ei ex improbitate Abalon Episcopus justu Valdemari regis occurrit...

PHILIPPUS Rom. rex, Maximiliani Imp. F. mortua socru Elisabetha Hispania regina, initio anni 1506. cum uxore, & Ferdinando secundo filio suo profectus, navibus confectis...

superfuerit. Proximum litus exercitum servavit. Sabell. l. 9. Enchiridion.

POLYBUS auctor est, amississe populum Rom. primo Punico bello per 24. annos naves septingentas, prater eas, quæ naufragio perierunt...

APPUS Claudius Pulcher, Rom. consul, ad Drepanum Siciliae ingenti praelio navali ab Adherbale Pcenorum duce victus est, ita ut naves vix triginta numero cum consule fuga dilapsæ sint...

Mithridatem regem Asiae à Lucullo ad Rhyndacum, & Granicum profugitum, ex fuga manentem antè quam ipsum peteret Lucullus, Pontum tunc, corripuit atrox tempestas, quæ classis partim abrepit, partim effi depresse.

Transmibat Vallia, Gothorum rex, exercitum ingentem ex Bœotia in Africam terram, ipsam bello invasurum, eratque numerosa classis ad id comparata: quæ Gaditano freto subita tempestate disiecta, fluctibusque obruta, tantam vim hominum pecuniam absumpsit, ut Siculi naufragii, quod in primi belli Punico tempora incidit, memoriam renovavit.

CONSTANTINUS Copronimus Ieonomachus, cum bellum Bulgaris inferret, quod Romanæ Ecclesie institutum sequerentur, duo serè millia navium cum toto exercitu naufragio amisit.

BUGISLAUS Pomeraniae dux in gratiam Friderici I. Imp. quingentarum navium classe Daniarum petebat. Ei ex improbitate Abalon Episcopus justu Valdemari regis occurrit...

PHILIPPUS Rom. rex, Maximiliani Imp. F. mortua socru Elisabetha Hispania regina, initio anni 1506. cum uxore, & Ferdinando secundo filio suo profectus, navibus confectis...

PHILIPPUS Rom. rex, Maximiliani Imp. F. mortua socru Elisabetha Hispania regina, initio anni 1506. cum uxore, & Ferdinando secundo filio suo profectus, navibus confectis...

mo honore acciperent, missi ut Londinum veniret, petiti: quod quidem negare, in Philippi, qui penè solus esset, & navibus careret, potestate minime erat.

Caroli V. Imp. numerosa classis in Algerii ( quæ Jubæ regia olim, à Romanis Cæsarea Julia dicta est ) obsidione, vehementi oborta tempestate, conquisita est, ita ut in segeta turpiter abierit: & ne propter navium paucitatem milites Barbaris relinquerentur trucidandi, equi omnes in mare fuerint abjecti.

Mithridatem regem Asiae à Lucullo ad Rhyndacum, & Granicum profugitum, ex fuga manentem antè quam ipsum peteret Lucullus, Pontum tunc, corripuit atrox tempestas, quæ classis partim abrepit, partim effi depresse.

De ingenti illa, & memorabili classe Philippi II. Hispan. Regis ad internecionem data. Vide paulò post, Quinta classis superata, &c. Classis deicere, vincere, &c.

CLASSIS, NAVIUM, ET SUPPLEMENTORUM CURA ACQUISITIO.

Cum magna vis pecuniae proventus metallorum, quæ sunt à Laurio, esset in arario Atheniensium æquè dividenda virtim denis in singulos puberes cives drachmis: Themistocles Hæstus, ut ex ea pecunia classem ducentarum navium compararent ad Ægæticum bellum...

Chabrias in Ægypto regis Ægyptiorum exercitum ducebat. Cum Rex Persarum pedestribus, ac navalibus copiis expeditionem faceret: Ægyptus navibus abundans, implementis egebat.

remibus sustulit : longisque contis versus litus porrectis , ut A finguli ordine sederent : danque eis remos , & jubens additis bilinguibus paucos dies ipsos agere , profectus est , & conscriptis remigibus naves implevit . Polyen. lib. 2.

Cum de Sicilia possessione bellum Punicum primum inter Romanos , & Carthagenenses ortum esset , & Romani quidem terra , Carthagenenses mari praesarent : Romani de perducendo ad exitum bello desperantes , nisi hostium conatibus mari iretur obviam , de classe publice paranda decretum tulerunt , quae centum viginti haberet naves , quarum centum quintuplici ordine agerentur , remo reliquae . In hoc nauticae rei apparatu quinqueremium adificatio perdifficilis fuit , quarum tum nullus erat in Italia usus . Quo magis miranda est vetus illa animorum praesantia , populique Romani magnitudo , qui nauticae rei ad id tempus ignarus , ita intrepidè pelagus transare sit ausus , priusque cum hoste navali praedio certavit , quam ullum fecerit rei maritimae periculum . Nam cum in Siciliam primo Romani transfretarunt , Tarentinorum , Locrentium , & Rheginorum fuerant navibus usi , cum ipsi ea tempestate ne lembum quidem ullum publice possiderent . Erant per id tempus circa fretum perlaeque Carthagenensium naves , ex quibus quinqueremis una famulacera Carthagenensium novum manus pervenit : hoc unum illis exemplar fuit ad novas adificandas . Hujus instar centum aliae fabricatae brevi in portibus sederunt . Sed dum haec studio naves texuntur , multitudinem ingens ad remigium exercebatur , sublellis in arena dispositis futuri remiges insidentes , ad nutum , & vocem unius stantibus , qui medio ordine versabatur , remorum pulsuum accommodabant , intendentes remos una , atque inhibentes . Moveri simul cuncti , ac simul residere . Sicque plures dies exercitii , posteaquam naves , quae instructae erant , conscenderunt : veram in solo experientiam dedere , Cn. Cornelio Africano , & C. Duellio Coss. Cornelio classis data , qui in portu Liparitano inclusus , cum xvii. navibus se dedere coactus est . Reliqua classis Duellio duce , navali una pugna victrix praeter spem maris imperio potita est . Vario inde eventu per multos annos pugnantium sit tamen , ut propter frequentia naufragia rei maritimae curam saepius abjecerint : maxime circa Sicilia 384. naves amississent . Quia tamen urgente hoste haud dubie appa rebat id bellum non aliter ad exitum perducere posse , summo studio classem repararunt . Ceterum diuturni bellis fumto arario exhausto , privatim civis in hunc usum pecuniam contulerunt . Plerique quinqueremem unam proprio sumptu construere , & ornate non recusarunt . Tanta tunc erat Reipublicae charitas , propagandique imperii studium , ut quinqueremes trium mensium spatio contextas C. Lucianus Consul fuo initium veris in Sicilia egit . Cujus auspiciis sic fractae sunt Carthagenensium opes , ut bello punico primo quod per xxiv. annos duraverat finis sit impositus , pace facta , quae Romanis Siciliae possessionem hostes cessere . Sab. l. 9. Enn. 4.

L. CAECILIUS Metellus , quia usus navium , quibus elephantes transportaret deficientebat , junxit dolia , constravitque tabulamentis : ac super eos positos , per Siculum fretum transmissit . Frontin. lib. 1. c. 7.

Carthagenenses tertio bello Punico ad instruendam classem , cum obsessis materia deesset , trabibus , tabulisque privatarum aedium usi sunt . Plut.

Eorundem Duces instructuri classem , quia sparto destituebantur , crinibus tonsarum mulierum ad funes efficiendos usi sunt . Idem Rhodii fecerunt . Front. l. 1. c. 7.

Cum P. Corn Scipio Coss. creatus esset in Sicilia , ei quae permittum a Senatu , ut si arbitrareretur , utile exque repub. esse cum omni exercitu in Africam transire , in rebus necessariis comparandis maxima difficultas proponebatur , cum ob ararii inopia , tum ob juvenutis penuriam , cupis florem praeterita clades a Pomo illatae abstumpserant . Ipse tamen ne tantae expectationi deesset , ingenio studio apparatus belli intulit . Et adjuverunt ei multi Hetruriae , atque Umbriae populi : quorum alii materiam ad fabricandas naves , alii arma , quidam frumentum , ac omnis generis commeatuum ad juvandum exercitum detulerunt . Quadragesimo quinto die , quod vix cuiquam credibile videretur , fabricata , instructaque classis ex Italia decedens Scipio in Siciliam contendit , & Siculos partim auctoritate , partim gratia impulit ad subministrandum auxilium futuro bello , quod in Africam transferre , cum primum per anni tempus posset , omni studio parabat . Tradunt praeter alia Scipionem ex variis civitatibus ccc. juvenes legisse , totius provinciae nobilissimos ,

ac eis praecipisse , ut certa die cum armis , equisque adessent . Hi ut imperatum erat , cum praesto fuissent ad constitutum diem , optionem detulit consul , qua vel ipsi secum in Africa militarent , vel totidem aliis substitutis equos , armaque largirentur , utrum vellent . Singulis remissionem militiae petentibus dati sunt vicarii ccc. Romani juvenes , quos Scipio inermes ex Italia adduxerat , eo consilio , ut Siculorum impensa , sicut evenit , armis , equisque instruerentur . Horum opera multis postea certaminibus fidei , atque utili in Africa usus est . Auctor ejus vitae .

Capta à Latinis Constantinopoli , cum Venetis ex federe dimidia pars imperii cederet , modò armis subigi posset : Veneti , ut omnia imperii loca , quae ex federe cum Gallis , & reliquis focis initu Veneti nominis facta videri poterant , commodius suo imperio adjungerent , publicum edictum proposere : ut qui civium , aut fociorum privatis auspiciis insulas Jonii , Aegeique maris , caeteraque loca illis circumjecta , quae Constantinopolitani antea fuissent imperii , occupassent ( praeter paucas majores insulas à quibus omnes abstinerere volebant , quorum nomina expressa sunt ) eos in his locis quod semel sibi armis quaesivissent , perpetuo habituros . In quo prima specie parum republ. consilium apparuit : sed rem aliter inspicientes : ita facto opus fuisset reperirent : civitate non solum majoribus Graeciae rebus occupata : sed quae praedonum vires eo usque per id tempus , quo Veneti Thracio bello fuerant occupati , invaluerant , ut valida jam classe opus esset ad eorum cursum opprimendos . Apparebat proinde , haud tuto publicas opes in tot partes diffusam posse . Satis igitur visum , ut qui praedivites essent , singulas , pluresve turrets , aliaque naviorum genera ad hoc ipsum singuli compararent : quod tanta spe praemii proposita plerisque studio facturos haud dubium erat : atque ita fore ut navibus privato sumptu instructis , cum opus fuisset suo jure republ. uteretur . Caeterum loca , quae reciperentur , eorum quilibet suo erat praesidio defensus ( quod resp. sine magno dispendio , & labore praestare non potuissent ) atque in ea cum conjugibus , liberis & fortunis omnibus migrarunt . Sic tanquam ex urbe colonis in insulas missis , omnia in Venetorum fide permanfura . Sab. l. 8. Decad. 1. Platina in Innoc. III.

Similiter bello Ferrariensi edictum propositum , qui praedam vellent in Alphonsi ducis Ferrariensis finibus facere , per remp. licere , dum ab incendiis praefors abstinerent . Quamobrem ducentae fere privatorum hominum naviculae paulo post se ad praefors reipublicae in Pado contulerunt . Bembo l. 10. hist. Venet.

Bello contra Philippum Vicecomitem , ut Brixia commeatu sublevaretur , Benacus lacus aperirendus erat , quem Mantuani principis classis insectum reddebat , & Philippi Vicecomitis arma . Cata Mellita Venetorum ductor classis instruere suadebat . Res ipsa in dubium veniebat , ac id unum quaerebatur . Qua ratione id fieri posset , ut classis in eo lacu pararetur , cum non sylva essent , non flumina ulla , per quae naves atrahi possent ? Tenuerat ea consultatio aliquot dies , quando Sorbolus quidam Cretenfis ad senatum accessit , docuitque , neque animum , neque consilium ex urbe in Benacum naves traducendi sibi deesse . Quod ipsum quia impossibile omnibus videbatur , ut per ducenta , & amplius millia passuum majora navigia atrahi possent , cepit primo pro deliro haberi : sed cum multis constaret hominem non vulgari esse ingenio , peritaretque interim ille in sententia , constantique assevera . Hunc affirmare , id omnino fieri posse , si ea darentur , quae ad rem transigendam essent necessaria : persuasus senatus , id illi negotium demandavit . Traeta itaque naves advenso Athefis fluvio Veronam usque : inde aliquot laboriosis binis quatuordecim jugatis bobas ad Mauri pagum eas Sorbolus attraxit : hic subiectis turrem lapsibus , ingenti hominum boumque conatu in divi Andreae lacum sex passuum millia per planam ferme loca moles illa traducta est , reliqua minorae navigia curribus invehita . Tertio mense postquam Venetis abductae erant , Iurbulas descendere . Ea autem ab hostibus deleta , Veneti continuo novam classem decrevere , diversae tamen ratione ab illa priore ad Benacum statuenda , ut soluta velicet materia sexcentis plauris Turbulas convehere : ubi velut navali quodam aquis proximo turrem otio terebantur , totidem galeones , ac celoces quatuor . Omnes Veneti navalis officines ad opus subito conficiendum destinati . Sabell. lib. 3. & 4. Dec. 3. Enn. 10. l. 4. & Eleucus .

CONSERVATIO ; EDUCTIO . DEFENSIO .

A CHABRIAS adversus pelagias navigationes , & marinas procellas singulis navibus duo gubernacula comparavit , atque primum in tranquillitate utebatur . Sin mare canum fieret , altera per paraxeresiam juxta sessiles remos appendebat gubernacula supra catastroma , ut sublata puppi navem dirigeret . Polyen. lib. 3.

Idem adversus impetus fluctuum sub paraxeresiam ex utroque latere pelles affixit , & scorum aequales , catastroma in altitudine munitionem hanc cum paraxeresis conjunxit . Id impedimento fuit , quo minus patens fluctibus navis ferretur , & nautae minus maderent . Sic etiam cum impetentes fluctus cernere non possent , propter obstructionem non perterriti sunt metu , neque navim reliquerunt . Polyen. lib. 3.

Icolaus in Aeno videns Athenienses adnavigare multis navibus , veritus , ne sub noctem appellentes , multa ex suis navibus abstraherent , ad turrim , in vallo erat , omnia perducta ligaverunt ex malis . Remotiora per funes ex navigiis suspenderunt , ut mutua esset connexio . Athenienses noctu accedentes abstrahere conati navigia , nihil abstraxerunt . At illi ab Aeno nunciatis , custodibus clam egressi , infecti sunt Athenienses partim terra , partim navibus . Polyen. lib. 2.

LYSANDER Lacedaemonius , cum in portu Atheniensium cum tota classe obsideretur , obrutus hostium navibus , ab ea parte , qua faucibus angustissimis influit mare , milites suos clam in litus egredi iussit , & subiectis rotis naves ad proximum portum Munichia trajecit . Front. in lib. 2. cap. 5.

IPHICRATES Regis Persarum nomine bellum gerens , unum Pharnabazis navigans in Aegyptum , cum regio esset importuna , mandavit tritemium praefectis quilibet quadraginta faceres habere . Cum vero appellerent , lacos arena complens , capta ex singulis navibus suspendit , atque sic eas remigatas adduxit . Polyen. lib. 3.

Cn. Duellius Coss. in portu Syraculano , quem temere intraverat , obiecta ad ingressum catena clavus , universos in puppim retrulit milites , atque ita refupina nauis magna remigantium vi concitavit . Levata prora catenam proferant : quae parte superata , transgressi rursus milites proras praefecerunt , in qua versum pondus , decursum super catenam dedit navibus . Front. lib. 1. cap. 5.

Si iter sit per ignota maria , plurimum confert , ut dux via una navis praemittatur , nam si periclitatur , versantur aliae : si servatur , aliae non periclitantur : qui mos est equitibus flumina sententibus . Omnes igitur tanto intervallo sigillatim alia post aliam ducem sequuntur , ut allidere ( quod noctu frequenter contingit ) non possint , & suspectas afferre queant . Confert ob id noctu , ut solum unum lumen in navi sit , atque illud in malo , ne multitudo errorem pariat : noctu enim , & praesertim in mari , lumina magis distare videntur , quod majora apparent . Proportio enim corporum , & distantiarum servari solet . Quod si lumen videri non possit , machinarum strepitu via significetur . His , qui negligentes rem tractaverint , exequantur , poena pecuniaria , qua magis , quam corporea torquentur viles homines , proposita sit . Inertes , ac olicitant rem tractantes , navium rectores maxima injuria commutare decessit : ut qui praecipere affectu sunt , parere cogitantur : hoc enim metu sunt vigilantiores . Talibus praecipit Lopez Suarez Meneses Lusitanus , classis regis praefectus , servavit classem integram , rediitque integro numero earum , quas deduxerat : cum nemo ante illum vix dimidium classis servare potuerit . Cardan. de rer. Varietate lib. 10. cap. 54.

Vitaliani milites ex portibus urbium Rostockii , & Vismariae naves octo grandes , frugibus , & reliquo commeatu onustas , urbi Stocholmiae , qua sola ex omnibus Sueciae urbibus in fide Alberti Svecorum Regis à Danis capti permanebat , importare decreverant , caeterum adversis fluctibus Sveciam attingere non potuerit , quinimo vehementissimo gelu rigenti in mare naves confluxerunt . Hugo classis praefectus ex suis per galeas quosdam per proxima nemora dimisit , qui trabibus naves vallarent , & superflua jugiter aqua , in glaciem mox duratas , inexpugnabiles redderent : ut quantumvis Dani pedites eas oppugnarent , nihil tamen proficerent . Jam cum machinas adhibere vellent ( Catos vocant , quorum de fumitina tela in naves conicerent ) iussit in velperum discendi glaciem circumquaque : subiacentem glaci nix superceci . L. B. Thoir. v. s. a. Hum. Tom. 11.

dit. Dani cum ad movere tentarent machinas , demersi sunt , de navibus sublato clamore , Cas , cas ad infestationem pereuntium . Cum primum autem soluta esset glacies , in portum optatum naves pervenere . Crantz. lib. 5. Sueciae , cap. 34.

ABALON Roskyldenensis Episcopus , classis Danorum contra Sclavorum piratas praefectus , reditum parabat . At cum ex repentino frigore eximia glaciei moles portu egressus obstreret , industria provifum est , ut unus navis praefectus caeterarum insectio expediret . Sed nec una quavis praecundi officio diu fungi poterat , quod partes carinarum extrinsecae glacialium crustularum acuminem peridè , ac ferri impressione excederent . Quam ob rem praecelliosas vires inter navigia aequo ordine dividere , donec in apertum pelagus pervenire . Saxo. lib. 14.

Rex Calecutiensis contra Odoardum Paciecum Lusitanorum ducentis septuaginta bellum redintegrabat , classe vadum Cochimense penetraturus . Castella Saraceni cujusdam ingenio extracta ad hunc modum fuerant . Duo parones detractis armamentis tanto intervallo distabant quantum esset unius haeste modicae longitudo . Utriusque autem proram tignum jungebat . Alterum deinde tignum ab unius puppi in alterius puppim coniectum , utrumque paronem , ne posset alter ab altero disjungi , firmè retinebat . Super hac autem duo tigna alia tigna transverso ordine sternebantur . Intervallum verò , quod duobus istis tignis continebatur , aliis tignis adeo frequentibus explebant , ut contabulationi speciem praebere . Erant autem tigna singula tribus locis ferro fortissime revincta . In quolibet autem hujus quadratae contiginationis latere alius ordo tignorum in uniuscujusque lateris extremitate praefixus altitudine pedum xiv. muri similitudinem referebat . Erant autem omnia cardinibus , commissuris aptissime perfrictis ita firmata , & ferreis retinaculis ita conjuncta , & solidata , ut nulla vi convelli posse viderentur . Super ligna verò trabes injectae totum opus multo firmissime efficiebant . Cratibus deinde , atque longioribus consternebantur . In hoc fumo tabulato in majore castello quadraginta milites commode consistere , atque depugnare poterant . Ad hanc formam octo castella paulò minorae super sedecim parones excoctae sunt . Fuerunt autem haec machinationes ideò factae , ut cum aestus decederet , navibus à puppi vehementius impulsis , & navibus Lusitanis applicatis , castella illis imminerent , & milites è superiore loco tela , atque flammis adicerent . Paciecum hoc contra praesidium comparavit . Malos octoginta pedum longitudine inter se ferreis vinculis artiffime colligavit , & formam ex illis quadratam constituit . Tantumdem enim in latitudinem , quantum in longitudinem patebat . Hanc autem machinam ante navium proras modico intervallo ab illis constitit iussit , & secundum aestus naturam sex anchoris alligari : ut videlicet tres anchorae cum aestus accederet , aliae tres cum decederet , illam firmissime retinerent . Id autem hoc consilio effecit , ut navium carinae cum appropinquare vellent , impedirentur , quominus castella navibus Lusitanis adungerent . Petrus autem Raphael excisis aliquot malis , ex illis columnas effecit , quas in navium tabulato praefixit , & in summo earum fastigio capitella instituit , in quibus possent seni milites insistere , & illis , qui erant in castellis repugnare . Altitudo enim cujuslibet capitelli altitudinem castellorum : quae hostium navibus serbebantur , adaequabat . Ofor. lib. 3. verum Emm.

Est oppidum Mauritaniae clarum nomine Larache , quod viginti millibus passuum Arzila distat . Flumine autem Zid-Hlia , quod in Oceanum influit , alluitur . Ceperant autem Mauri quinque naves Portugaleses , quae tunc in Larachen si portu consistebant . Id cum Joan. Menesius ci orae ab Emanuele rege praefectus rescivisset , in portum inveni cogitavit , ut naves abduceret . Erat autem in ipsius fluminis ostio turris natura , & arte , & armis , atque tormentis egregie munita , in qua milites per vices excubabant : receptus piratis omnibus , qui ex ea Mauritaniae parte quotannis , ut praedas agerent , egrediebantur . Menesius nocte Larachem petiit , & classem ante fluminis ostium prima luce constituit . Accurrit Mauri , ignem tormentis applicant , & globos ingentes emittunt , summaque vi contendunt , ut aditum nostris intercludant . Menesius verò , aestus opportunitatem expectabat quem ubi vehementius incitari sentit , latera navis unius cultictris lanceis , & faccis , quos lana diligenter inferri jusserat fulcienda , & molibus obstruenda curavit , & turri opponi praecipit , ut tormentorum ictus exciperet : naves reliquae hujus praesidio tectae portum subiere . Mauri interim fugitis , & jaculis . P 3

lis, & plumbis glandibus acerrime decertabant. At Mene- A  
sus introitus, illis frustra repugnantibus, cum integra classe  
penetravit, naves quas potuit reduxit, aliquas incendit. Quin-  
que vero biremes cum duabus navibus longis, & una ex navibus  
Portugalenfibus (cas namque jam in terram subduxerant)  
à Lusitanis in mare continuo deductæ fuerunt. Reliquæ tres  
Portugalenfes naves deduci non poterunt: idcirco cum tri-  
reme similes necesse sunt. Hac re ex animi sententia gesta,  
cum ingentem hostium multitudinem conspexisset, æstu  
secundo (jam enim minui, & decedere incipiebat) se sine ullo  
inconmodo recepit. Odar. lib. 3. rerum Emu.

OCCULTATIO.

Incurfantibus in Daniam Sclavis, Ericus Diferus, Froto-  
nis Regis fororius, cum piratas septenis navibus esse cogno-  
verat, una tantum è suis advectus, reliquis lignis propugna-  
culis cingi, tonsique arborum ramalibus obduci iussit: deinde  
cum hostica classis numerum plenius speculaturus procederet,  
insequentibus se Sclavis, ocyus ad suos refugere cepit.  
At hostes, ut insidiarum ignari, ita fugientem comprehendere  
B re avidi, primum inusitata facie stupentes, navigio nemus agi  
putabant: deinde fraudem frondibus subesse cognoscentes,  
dum puppes obvertere parant: Ericus subductis in litus navibus  
funda procul in hostes saxa torfit. Igitur Sclavorum casti  
plerique, quadraginta capti fuerunt. Saxo lib. 5.

CLASSEM DISIICERE, NAVES  
INDUTILES REDDERE.

THESEUS è Creta victo Minotauro, Ariadæ opæ fugiens,  
carinas navium Creticarum excidit, ne Mirros insequi possit.  
Plat. in Theseo, ex Pherecyde.

Pugnatus adversus Xerxis innumeras copias Themis-  
tocles non secus temporis, atque loci angustiam animad-  
vertit, & captavit, neque prius adversam Barbaris aciem  
explicuit, quam confusa hora adiuvi, qua ventus ex mari  
interebreffens fluitum per fretum impelleret: cuius impetu  
Gæcorum navibus non oberat compactis, & humilioribus,  
barbaricas vedito editoribus puppibus, forisque  
excellioribus, & ob pondus minus agiles retroquebat, ac  
Græcis acriter incurrentibus, & ad Themistocelis, ut qui  
maximè videret, quid è re esset, iussa intentis, transverfas  
C obiciebat. Plat. in Themistocle.

Ægyptii à Persarum Rege Artoserxe defecerant, & A-  
theniensium auxilia impetrarant. Artabazus, & Megaby-  
sus summi duces non collatis signis, sed arte debellare  
conabantur. Navibus itaque Atheniensium procul ad insu-  
lam, quæ Propontis dicitur coactis, ibique in statione po-  
sitis, fluvium circumfluentem fossis in adversum erutis de-  
duxere, insulamque illam aqua subducta siccam undique  
continenti restituerunt. Simul ac naves repente solocidif-  
se conspexerunt. Ægyptii, re penitus desperata, conferta-  
tis animis destituerunt Athenienses, & ad Persas tran-  
sugerunt. Athenienses præsidio sociorum destituti, cum  
naves suas ad bellicos usus profus incommodas cernerent  
igne subiecto concremarunt omnes, ne carinis integris in  
hostium manus venirent: tum nulla circumstantis se peri-  
culi difficultate, aut terrore perculli, paratis aderant ar-  
mis ad manus cum hostibus conferendas. Artabazus, &  
Megabyzus, conspecta omnium incredibili audacia, veriti  
ne cum obstinatis iam salute abjecta ad mortem pugnan-  
do viris, multa nequequam suorum millia amitterent, sed  
cum Atheniensibus certa conditione iniverunt: per-  
missumque uti abique periculo incolumes Ægypto ex-  
D egerent. Diod. lib. 11.

CALLIADES gubernator interceptus à nave celeriore, guber-  
naculum frequenter inhibuit quacunque parte esset incurru-  
ra, ut persequens allisidæ gubernaculum remis impressionem  
facere non posset, quæ ferè primis remis scissilibus fieri consue-  
vit. Polien. lib. 5.

SYRACUSIS bellum gerentibus contra Athenienses in Sicilia  
fuisse Ariston quidam Corinthius nauta, ut navium proras,  
& breviores, & depressiores facerent. Quod consilium in  
posterioribus deinceps maris periculis magno præsidio extitit,  
ac persæpæ ea causa res à Syraculis bene gesta est. Tri-  
remibus namque Atticis infirmiores ipsa figura, proræ compa-  
gibus excellus suspensæ eminebant, quam obrem fiebat, ut  
catram rostra in concursu eminentia tantum supra mare loca  
vulnerarent: inde levi damno premebant hostem. Syraculæ

verò compages ad proram corroboratas, depressæque serien-  
tes, incursum rostro una persepæ inflicione deprimebant  
Atheniensium. Diod. lib. 13.

HERACLIDES Tarentinus architectus, Philippo Persei pa-  
tri promissit, se solum Rhodiorum classem incensurum. Atque E  
tum facta arte progressus ex aula Philippi, signa injuria ferebat,  
& ad aram supplex confugit, & à populo misericordiam flagi-  
tabat. Erant nonnulli Macedones, quibus hac indigna vide-  
rentur. Ita confensa cymba, Rhydum venit: inque: Sup-  
plex venio ad vos, injuriis affectus, quoniam Philippum im-  
pedivi ne vobis bellum inferret. Ut aures fidem his, quæ di-  
co adhibeatis, epistolam Philippi ostendo, scriptam ad Cre-  
tas, qua bellum adversus Rhodios suscipere instituit. Rhodii  
credentes literis, Heraclidem recipiunt, eumque sibi usui fore  
contra Philippum arbitrantur. Ille noctu animadvertis ven-  
tum procellosum navibus incumbere, navalia Rhodiorum in-  
cendit. Tredecim navalia perierunt, & quotquot tîremes in  
iis fuerunt. Ille concessit igne, mox scapham conscendit, ac  
solvit: trajiciensque in Macedoniam, primum locum inter a-  
micos Philippi Heraclides tenuit. Polyen. lib. 5.

Carthaginenses cum Xerxe contractati, ad debellandos,  
ut inter eos, & regem conenerat, Græcos, qui Siciliam in-  
colebant, duces belli delegere Himilionem, admirabili inge-  
nio, rerumque peritia bellicarum præstantem. Exercitum pedes-  
trem ducebat, haud recensit millibus pauciorum: naves lon-  
gas supra duo millia exceptis onerariis, & his, quæ ad vesti-  
galia portanda statuta erant, quarum multitudine plus tribus  
millibus habebatur. Gelo Dux Syracusanorum peditem quin-  
quaginta millia, equitum ad quinque millia, habebat. Is cum  
naves hostium incendio absumere vellet (in eo namque rerum  
summa bellique fortuna vertebatur) accidit, ut eodem tem-  
pore Amilcar res de more nauticas procuraturus Neptuno mag-  
nis ostiis peragere sacra pararet: & ex agris nuncios quidam  
forte interceptos, adduceretur, qui epistolam ab Amilcare  
Selinuntios gerebat, in quibus continebatur, ut ad quem diem  
scripserat, ad eum sine ulla mora equites prociñctos mitterent.  
Cum dies, qui Amilcar erat sacrificaturus illa esset, eadem  
misit Gelo equites suos, jubetque uti noctu per loca circum-  
vechi proxima, simul, ac dies illuc efferret, ad navales hostium  
munitiones accedant, tanquam Selinuntiorum socii sint, & si-  
mul ac intra vallum fuerint admissi, cum primum obrunca-  
re properent Amilcarem, mox ad naves incendendas irum-  
pant: signum inde sibi è specula rei è sententia gesta edant.  
Succedit dolus ex voto. Amilcar inter sacra castus, naves om-  
nes, xx. exceptis conflagravit. Gelo facta irruptione, supra  
cl. millia hostium caecidit: non minor numerus captus. Vi-  
ginti illæ, cum ex prostrata acie multi ad eas confugerent,  
quantum quaque numerum capere poterat egissent, reple-  
tæ viris, in patriam revehebantur. Has medio in cursu tem-  
pestat, Carthaginenses perverchunt: civibus suis affatu brevissi-  
mo nuntiant, copias, quæ in Siciliam trajecerant, funditus  
peruisse omnes. Nullum duces memoriam proditum est, an-  
te eum unquam tam callido consilio rem gessisse, neque in  
una acie tantum hominum numerum cecidisse, tantumque, e-  
dem captum. Quapropter nonnulli scriptores hanc illi pugna  
haud imparitem existimant, quæ à Græcis est ad Platæa de-  
certata, Gelonisque fallaciam consilii Themistocelis minime  
post habendam. Diod. 11.

LYSANDER, ad Egos flumen cum Atheniensium ducibus  
imperitis pugnaturos, insectis prorastantes, & jam de nocte H  
completas tenens naves, non est evectus in altum, sed qua-  
tuor diebus continuis actuaris circummissit ad eas naves,  
quæ in prima acie stabant, præcipiens ne moverent se, tan-  
tum in intructa confisterent, nec tumulvarentur, vel irruerent  
in hostem. Ita recipientibus se vespertam Atheniensibus,  
non ante egredi è navibus permisit milites, quam naves spe-  
culatoria redissent, cum vidisset descendisse in terram ho-  
stes. Qua re elati Athenienses, ceperunt hostes quasi exteris  
despicere. Quinto demum die, cum evecti Athenienses  
fuisent, & remearent, ut erant soliti sanè quam solent, & con-  
temptim: tum consensum iussu Lysandri omnes incurrentur  
naves, propteraveruntque copia terrestres secundum litus  
occupare promontorium. Intervallum inter duas continentes  
quindecim stadiorum citò studio, & alacritate remigum esse cõ-  
fectum. Milites partim dilapsi, partim casti. Sic horæ spatio  
absque sudore, Athenienses & classe, & imperio Lysandæ  
exiit, pro quo tot annis multo cum sanguine decertarant.  
Plat. in Lysandro, & Polien. l. 1.

Alexan-

Alexander Thesalus navale prælium initurus, multis  
A consensibus magnum missilium lapidum numerum in  
catastromatis dispersit, cuique præcepit, ut cum ho-  
stium navis appropinquasset, his in nautas jaculis uteren-  
tur, ut plurimi eorum nullum usum præstare navibus possent.  
Polyd. lib. 6.

Cn. Scipio bello navali amphoras picæ, & tæda plenas in  
hostium classem magnas effudit, quarum iactus, & pondere  
forentioris, & diffusando, quæ continebant, alimentum  
præstarent incendio. Front. lib. 4. cap. 7.

Cassius onerarias naves, non magna ad alia usus accensas,  
opportuno vento in classem hostium misit, & incendio eam  
consumpsit. Ibid.

Q. FABIVS, ferunt, cum à Rege Antiocho, quem bello  
superaverat, ex fœdere icito, dimidiam partem navium accipi-  
pere deberet, medias omnes fecissit, ut eum tota classe  
privaret. Val. Max. lib. 7. cap. 3.

Liburni cum vadosa loca obsedissent, capitibus tantum  
eminentibus, fidem fecerunt hosti alii maris, ac triridem,  
quæ eos persequeretur, implicatam vado ceperunt. Front.  
lib. 2. cap. 5.

C. DULLIVS cum videret graves suas naves mobilitate Pu-  
nicæ classis eladi, irritamque virtutem militum fieri, ex-  
cogitavit manus ferreas: quæ ubi hostilem apprehende-  
rant navem, superjectæ ponte: transgrediebatur Romanas,  
& in ipsorum ratibus cominus eos trucidabat. Frontin.  
lib. 2. cap. 3.

Bello Punico primo cum Rom. classem primùm extruxis-  
sent, erant Carthaginenses in magna spe victoria, quando cum  
eo hostes futura esset, qui nullam rei navalis calleret peri-  
am. Urautem classem inter se propinquare ceperunt. Corvi  
in Romanorum navium proris conspexi, hostes novitate rei  
percultos, cursu inhibere: mox quecumque eas esset con-  
tempta, factò impetu, pugnam cepissent. Romani machina-  
rum iectu consensum, quæ primo loco congressæ fuerant, te-  
naciore inestunt, inextinctæ magno animo pontibus irum-  
pant. Erant corvi velut pontes quidam ex ulnarum in gradus  
sua longitudine digesti, lignesque columnæ, qui circa navium  
proras stabant, summoque loco positi, liberamentis quibus-  
dam remissi, præcipiti roze volubilitate, in adversam navim  
C eadentes, quæcumque parte incidissent, tenaci nexu alligatam,  
quasi per gradus cunctibus perviam faciebant. Cæduntur ita-  
que Pœnorum plerique ferocissimo Romanorum incurfu, sed  
plures subito stupore depressi, sese rupter dedunt. Fuit id  
certamen terrore multo, quam navali similitus. Triginta  
Carthaginensium naves, quæ principio prælium iniverunt,  
ad anam in hostium potestatem venire, & in his præto-  
ria septem, quæ Pythi retæ fuisse ferebantur. Sab. lib. 9.  
Em. 4.

Rom. Carthaginem bello tertio Punico obsidentibus, &  
classe in apertum educta, cum venus à terra spirare cepisset  
Carthaginenses scaphas farmentis plenas, easque ex impro-  
visocentenas, in Romanorum naves plenis velis immiserunt.  
Quo contigit, ut tota penè classis uno tempore deflagrarit.  
Sab. lib. 9. Em. 5.

VITALIANVS Thrax instinctu populi insurrexit in Impera-  
torem Anastasium, propter Eutychanam hæresim: & cap-  
tis Anchialo, & Odyssipoli civitatibus, ipsam quoque  
Constantinopolim classem obsedit: sed arte inde pulsus est non  
vi aperta. Proclus enim philosophus specula ex ære ultoria  
fabricasse fertur, easque de muro è regione hostium navium  
D suspensisse, in quæ cum solares radii impessissent, ignem  
inde fulminis instar erumpentem, classarios ipsasque naves  
hostium combussisse: id quod olim Archimedes excogitas-  
se, Romanis Syraculis obsidentibus, Dion. refert. Tandem  
Vitalianus Romanis exercitiis in duobus præliis  
superior, à Mariano Syro in fugam vertitur: ubi postea  
spontè quievit. Evagr. lib. 3. cap. 43. Item Paul. Diac. lib. 15.  
Zonar. tom. 2.

Ruffi, Duce Ingero, mille navibus ingressi mare, Constans-  
tinopolim petierunt. Hos Romanus Imp. Constantinopolita-  
nus, non multis navibus instructus, arte vicit. Nam aliquot  
expeditis navibus obviam hostibus processit. Isti conspiciat  
tam paucas naves, vivus putant se homines comprehensuros  
in naves Rufforum inestò, periere flammis miserimè, &  
plurimi capti sunt. Lustrandus.

PIPINVS Italia Rex, iussu patris Caroli Magni, ut Obeler-  
ium, & Valenticum Duces reduceret (quos Beatus frater  
Constantinopoli reverfus, tanquam Francis amicos, urbe,  
L. B. Theat. vit. Human. Tom. 11.

Ducaque depulerat) navalibus, terrestribusque copiis expedi-  
ditis Ravenna profectus, in astuarium Venetiæ anno 810. E  
venit, ac statim Brondulum, Clodium, Palestinam, & Al-  
biolam oppida, litoraque, quæ astuario præsentia sint, occupa-  
vit, atque inde rectà Metamaucum, quæ tum ducum regia  
erat, perrexit. Qua re perculli Metamauenses, conjuges,  
liberos, omnemque pretiosorem suppellectilem in lembos rap-  
tim imposuerunt, atque in rivum altum, & Orivalum cum  
Beato ipso duce fereceperunt, rati eas insulas ab hostili im-  
pressione, magno intercedente canali, fore securiores: quo-  
rum exemplum sequuti alii quoque ex aliis insulis tribuni, po-  
pulos, & ipsi suos ad communem tuendam libertatem eò con-  
tinuò traduxerant. Pipinus cum Metamauci nihil nisi domos  
vacuas reperisset, eas diruit, ac littore toto percusso, usque  
ad portum pervenit. Ibi cum omnem belli summam ad Oli-  
volam, & Rivoaltum contulisset, omnesque Venetorum  
copias ad eum locum tenendum collatas esse videret, eum in-  
vadere statuit. Verùm majoribus navigiis eò penetrari non  
posse à peritis regionis edoctus, ex proximis annibus linteres  
contraxit, ad quos, quia satis, multi non erant, rates ex tra-  
bibus compactas adiecit, ac castellorum in modum manitas  
astacim armis virisque replevit: atque eas adversis hostes, F  
Obelerio facilem victoriam pollicente, immisit. Rates par-  
tim accessu æstus, partim remulco linterium, partim longis  
militum pilis impulsæ, aliquanto spatio cursum prosperè con-  
fecerunt: ubi verò in altiorum aquam sunt provectæ, neque  
contis amplius impelli, neque propter gravitatem suam rem-  
mulco trahi longius poterunt. Id cum Veneti sensissent,  
atque æstu decedente, jamque in contrarium rapiente Francos  
laborantes vidissent, continuò levibus linteribus quibus abun-  
dabant, se intulerunt, ac remulcis incisæ rates à linteribus  
separarunt. Quo factò linteres ipsos adorti, plerisque, aut  
fluviibus submerferunt, aut in potestatem adductos pellimè  
habuerunt. Inde rates, quæ in paludis ab ipso æstu im-  
petu abreptæ subsederant, usque adeo urgere ceperunt, ut  
Franci tenai vado consisi in aquam se demitterent, quo pedi-  
bus ad litus perfugerent. Verùm opinione sua decepti, mox  
obruati limo, cæsi omnes, aut capti sunt. Pipinus, quæ  
cum paucis Metamaucum felicem rei exitum operiens se retu-  
lerat, ubi tantam suorum cladem audivit, mox periens Obole-  
rio, & Valentino secum ductis, Ravennam repetiit. Sigon. G  
lib. 4. Regni Italici.

Hugo Ita liz Rex arma adversus Saracenos, qui Alpes om-  
nes infestas è Fraxinetò reddebant, convertit: missisque ad  
Imperatorem legatis, trirèmes, ignemque Græcum sibi dari  
postulavit: cujus ea vis erat, ut nisi liquoze acetii insulo ne-  
quiret extingui. Itaque anno 941. navibus Græco igne com-  
bustis Saraceni plerique Fraxinetum relinquunt. Sigon. lib. 6.  
Regni Italici.

Cum Henricus III. Rom. Imp. Petri Hungarorum Regis  
ab Andrea excecato mortem ultorus, Perisionum obsideret, vir  
quidam inter Hungaros nandi arte peritissimus, cui Zothman-  
do nomen erat, in tempesta nocte prædicti iussu nando clam  
hostium naves subit, sensim eas tenui teretro sustodit. Ergo  
non modò proprio onere, sed machinis etiam onusta, secunda,  
actertia hora die immò desidere ceperat. Hac igitur arte  
elutæ Alemannorum vires, obsidioneque soluta, quando ex  
oppidanis, & centurionibus plerique quotidie facta eruptione  
in hostium castra sæviebant. Bonjn. lib. 2. Dec. 2.

In oppugnatione Damiatæ urbis Ægypti, cum una Latina-  
rum navium constrata ripæ, quam hostes obtinebant, per tale  
volantia vesano impetu appelleretur, in eamque ex turri late-  
ria Barbari, ut intercepturi se dimississent, ac Latinorum ca-  
dem facere cepissent, unus ex propugnatoribus in imam  
partem jam captæ navis, carinaque descendit, raptimque fun-  
dum epus perforavit, aquaque largo ingressu recepta, se, suos,  
atque una hostes submerfit: continuoque turris Latinorum  
navi magna fiducia admota turrim lateritiam Barbarorum occu-  
pavit, illis eo casu velut miraculo percussis, existimantibus  
que sibi cum novo, atque inusitato effertatissimorum mortali-  
um genere certamen esse. Æmil. lib. 6.

Vetus Genuensium, Venetorumque maritimis præliis as-  
fuetorum inventum in præliis navalibus. Demittuntur ex  
summis caveis, propugnaculisque in adversas naves testæ olei  
bitumine densati: quibus factis ita omnia in navalibus lubrica  
redduntur, ut nemo suo vestigio possit consistere. Viva  
calcis corbes ad obtenebrandum visum superne deiciuntur.  
Sab. lib. 1. Dec. 3.

ALDYSTVS Laurentanus, Venetæ classis contra Alfonso  
regem Neapolitanum præfectus, classem hostium in Messana  
P 4 portu

